


[Faint, mirrored text, likely bleed-through from the reverse side of the page. The text is illegible due to fading and orientation.]



Adversus ea media, qua Rex Catholicus S^{mo} S. M. proposuit ad vitanda in suis Regnis scandala in concorsione con-
ceptionis immaculate Gloriosa Virginis Mariae insurgente modo Patres Dominicani contendentes ea esse
impossibilia rationibus sequentibus.

Imo dicunt sibi non posse preceptum imponi, ut conceptionem Beatæ Virginis celebrent sub nomine, ac titulo con-
ceptionis quia cum ipsi teneant beatam Virginem cum originali sine conceptam, si celebrant eius conceptionem
immaculatam sub nomine conceptionis eam mententur in materia gravi, et consequenter peccant morta-
liter, et sic hoc illis præcipere inest præcipere, ut mortaliter peccent.

et super hoc audiendi non essent cum Romana Ecclesia, quæ est omnium magistra sub nomine, ac titulo con-
ceptionis celebrat, et ipsi eodem facere debuissent sine disputatione, nam, ut docet Augustinus Episto-
la 1148. ad Januarium si quid horum per orbem frequentat ecclesia nam, et hinc qui in ita faciendum
sit disputare insolentissima insania est hæc ille. præterea sciunt isti Patres quod quando ali-
quis habet opinionem probabilem de aliqua re potest practice oppositum dicere, et docere sine men-
dacio, imo tenetur id facere si iubeat superior, et ut ad hominem loquar ipsi habent præceptum
ut omnes doceant, et prædicent doctrinam sancti Thoma quamvis aliquando sentiant oppositum, et
apud ipsos observatur sine præiudicio veritatis quia sciunt talem doctrinam esse probabilem, et
se accommodant sancto Doctore non obstante quod in particulari aliquis oppositum senti-
at, ergo eodem modo se possunt Ecclesie accommodare in celebratione conceptionis immaculate sub
titulo conceptionis, quam sine timore non possunt negare esse probabilem, Adde quod iam ip-
si ad vitanda scandala instigante conscientia aliquando se accommodarunt, ut constat ex libro
missali, et martyrologio Dominationis Vestre nuper exhibitis, et in universitate ~~Almuni~~
ab eius fundatione, ut primariam cathedram possint obtinere, et magistrorum gradum recipere
iurant se docturos, et defensuros immaculatam Virginis conceptionem, et omnes Episcopi ab
hoc Dominicano ordine assumpti etiam sub titulo conceptionis celebrant quod etiam facit eius
dimidiatus ordo in tota Gallia solus ista paucissimi discordant à Romana Ecclesia non se volentes
conformare, quod certe non solum est contrarium doctrina sancti Thoma, sed etiam decretis Lon-
tificum, et Patrum, ut iam patebit.

750.
necus, 2^a 2^a quest. 2^a art. 12. in corp. hæc habet verba. maximam habet auctoritatem Ecclesie
consuetudo, quæ semper est in omnibus emulanda quia et ipsa doctrina Catholicorum doctorum
ab Ecclesia auctoritatem habet, Unde magis standum est auctoritati Ecclesie, quam auctoritati
vel Augustini, vel Hieronimi, vel cuiuscumque doctoris hæc illa. Cur ergo consuetudo cele-
brandi conceptionem Virginis sub titulo conceptionis ab his qui iurant huius sancti doctrinam non
emulabitur?

om habetur cap. his per totum distinctione 12. et cap. fin. distinct. eadem in hæc verba Pla-
uit omnibus communi consensu, ut unus, atque eodem psalendi ordo in matutinis et vesperti-
nis officiis tenetur, et non diversæ, ac privatæ nec monasteriorum consuetudines cum Ec-
clesiastica regula sine permittæ hæc ibi. Si ergo in modo canendi non vult res diversitatem
in monasterijs etiam consuetudine firmatam quomodo sublinebit diversitatem in celebratio-
ne ipsa festivitatum? Unde doctè satis Petrus Damianus libro de hominibus vobiscum. c. 7

ait Innocentius Ecclesie unum nos docere ordinem in officiis inuolabili semper obseruatione
unus Hieronimus super illud ad Romanos 15. uno ore honorificetis Deum. dicit. tunc uere Deus
si uno animo, et concordia uoce laudatur, no tentur illa uerba concordia uoce, Deus enim in
non uult uocum diuersitatem.

Eandem Innocentius primus Epistola decretali ad Secunium Episcopum hac habet, oportet
quod Ecclesia Romana custodit a qua eos principum accepisse non dubium est, ne dum peregrin
antibus student caput institutionum uideantur omittere. saepe dilectionem tuam ad Urbem
his cum in Ecclesia conuenire, et quem morem, uel in consecrandis misterijs, uel in caeteris
tenus teneat agnouisse, dubium non est, quod sufficere ad informationem Ecclesie tuae, uel reform
si praedecessores tui minus aliquid, aut aliter tenuerunt satis certum haberem, nisi de alijs
sulendos nos esse duxisses, si ergo Innocentius satis putabat Romanam Ecclesiam ueritas
Ecclesie illi se conformarent quanto magis putaret sufficiens Romanam Ecclesiam, et
orbem conceptionem Beatae Mariae sub titulo conceptionis uoce aperta celebrantes audire
conformaret dimidiatus praedicatorum ordo, et non auteretur peregrina illa sanctifica
uoce, ac festo, nulla Ecclesie auctoritate fulta, ut dixit Caeerinus Archiepus ex
ti Dominici craccatu de ueritate conceptionis ad legatos in consilio tridentino par
sunt qui his uerbis. festum autem sanctificationis prostrato de superfluo est uent
ad emulationem aduersus Ecclesiam, qua sub nomine conceptionis celebrat, a beis qui falsam
nem illam praeuocant, ne autem ea die omnino silentio sanctificationis festum nulla
auctoritate probatum inuenerunt quod solum apud nostros, nec hoc in toto, sed in
chine durat: hancille.

Secundo dicunt sibi non posse imponi silentium in actibus particularibus, quia id esse uirualiter
de fide defini, cum non remaneat facultas, saltem inter priuatos parietes suam partem
Ad hoc respondetur idem maxime necessarium, nam maiora, et grauiora scandala ab eis
in actibus particularibus post decretum Pauli V. quam antea in publicis, ut constare
informationibus testimonijs, et epistolis ex uarijs prouincijs ad hanc Romanam
si, et quod magis est ex aeneratione Catholici Regis, qui sua Regna propter hac
pacifice gubernare posse diffidit, nisi a sanctissimo Domino nostro opportuno
uideatur: Nec hoc esse definire uirualiter imo eo ipso quod huius doctrinae imponit
um declaratur formaliter, et explicitè non esse definitam ab Ecclesia, nec inter
quando quidem ab externis illi imponitur silentium, nec internus assensus
bitus, negantibus enim fidei misterium non imponitur silentium, sed haereticorum
Porro quod molestè obijciunt et quotidie inuolant de mente sanctorum Patrum
omnes auerere Beatae Virginem in peccato sine conceptam, ac proinde nihil
aut statui debere contra unanimitatem illorum doctrinam, nihil mouere debet ueritas
natiè, nec retardare ut quod iuste petitur, et fundatissimis de causis rogat Rex Catho
mino concedatur. Etenim tantum abest, ut sancti Patres refragentur pie, et ratione
immaculata conceptione sententiae, ut potius eis adstriuantur, et longè plures

doceant, quam impugnent. Sua namque sunt sanctorum Patrum in hac controversia classis una eorum qui absolute loquuntur iuxta universales Sancti Pauli, et sacrae scripturae locutiones, sub quibus Beatam Virginem non comprehendi docuit concilium Tridentinum, et ante illud Sixtus quartus, nec de Beata Virgine in particulari loquuntur praedicti Patres, quare nec maiorem vim habent eorum verba, quam generales assertiones scripturae, quae huic sententiae de immaculata conceptione, quin ubique doceri, celebrari, et firmiter teneri possit nihil officiant, praeterquam quod ipsi hi sancti Patres, alia etiam clari-ores universales locutiones habent, ex quibus maiori cum fundamento, et probabilitate deduci possit, Beatam Virginem non contraxisse peccatum originale, dum univociter, et in genere eam dicunt ab omni peccato alienissimam. Alia producit sanctorum Patrum classis, qui in peculiariter affirmant Beatam Virginem peccatum contraxisse, circa quos hoc solum velimus a Vestra M^{ta} Dominatione considerari, eos pene omnes (praeter unum, aut alterum, videlicet Sicut Bernardum, Thomam, et Bonaventuram, qui etiam sacratissimam Virginem pluribus in locis ab originali labe defendunt) falso, et sub enormi corruptela citari a Vincenzio Bandello, alijsq. Dominicanis, qui eum ^{trans} scripserunt, ita ut aliquando ad sanctorum Patrum verba alia multa addantur multa taceantur, quaedam mutilentur, et plurima interserantur, ita ut velint contra suum sensum sancti Patres alieno ore, vel fimento loqui cogantur, de quo si aliquod irrepressit dubium circa quemcumque ex istis, qui pro contraria parte citantur id ipsa rei evidentia, et plena probatione ex ipsis illorum codicibus, et correctissimis, aut antiquis additionibus manifeste probabimus.

